

**USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)**  
**Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2019-LIVELLO B1**

01 M. Atilio praetori provincia Sardinia obvenerat; sed cum legione nova, quam  
02 consules conscripserant, quinque milibus peditum, trecentis equitibus in Corsicam  
03 iussus est transire. Dum is ibi bellum gereret, Cornelio consuli prorogatum est  
04 imperium, ut obtineret Sardiniam. Duas praeterea legiones consules scribere iussi  
05 sunt, cum iusto numero peditum equitumque, et pedites sociis imperare et equites.  
06 Delectus consulibus eo difficilior erat, quod pestilentia, quae priore anno in boves  
07 ingruerat, eo verterat in hominum morbos. Qui inciderant, haud facile septimum  
08 diem superabant; qui superaverant, longinquo implicabantur morbo. Servitia  
09 maxime moriebantur; eorum strages per omnes vias insepultorum erat. Cadavera  
10 intacta a canibus ac vulturibus tabes absumebat; satisque constabat nec illo nec  
11 priore anno in tanta strage boum hominumque vulturium usquam visum. Cum  
12 pestilentiae finis non fieret, senatus decrevit ut decemviri libros Sibyllinos adirent.  
13 Ex decreto eorum diem unum supplicatio fuit. In Veienti agro biceps natus puer, et  
14 Sinuessae unimanus et puella cum dentibus, et arcus interdiu sereno caelo super  
15 aedem Saturni in foro Romano intentus est, et tres simul soles effulserunt, et faces  
16 eadem nocte plures per caelum lapsae sunt et in agro Campano bovem locutum  
17 esse satis constabat.

## ESERCIZI

1) Scegli il riassunto che ti pare meglio corrispondere alla vicenda che hai letto:

- Terminata la guerra, una pestilenza rende difficoltosa la situazione dei Romani. Alle stragi di uomini e animali si aggiungono parti prodigiosi ed altri eventi sovrannaturali, che spingono i decemviri a ricorrere ai libri Sibillini e a fissare una giornata annua adibita alle suppliche
- Terminata la guerra, una pestilenza rende difficoltosa la situazione dei Romani. Alle stragi di uomini e animali si aggiungono parti prodigiosi ed altri eventi sovrannaturali, che spingono i decemviri a ricorrere ai libri Sibillini e a celebrare una cerimonia espiatoria
- In un anno di guerra, una pestilenza rende difficoltosa la situazione dei Romani. Alle stragi di uomini e animali si aggiungono parti prodigiosi ed altri eventi sovrannaturali, che spingono i decemviri a ricorrere ai libri Sibillini e a celebrare una cerimonia espiatoria
- In un anno di guerra, una pestilenza rende difficoltosa la situazione dei Romani. Alle stragi di uomini e animali si aggiungono parti prodigiosi ed altri eventi sovrannaturali, che spingono i decemviri a ricorrere ai libri Sibillini e a fissare una giornata annua adibita alle suppliche

2) Indica il significato che hanno le seguenti parole, nel contesto di questo brano:

r. 03 *transire*

- fermarsi
- oltrepassare
- passare
- varcare

r. 04 *imperium*

- comando
- controllo
- egemonia
- supremazia

r. 04 *scribere*

- arruolare
- comporre
- registrare
- redigere

r. 06 *delectus*

- arruolamento
- onorificenza
- scelta
- spedizione

r. 10 *absumere* (qui *absumebat*)

- assumere
- consumare
- fiaccare
- uccidere

r. 12 *adire* (qui *adirent*)

- accostare
- cercare
- consultare
- raggiungere

r. 14 *interdiu*

- contemporaneamente
- di tanto in tanto
- in pieno giorno
- per lungo tempo

r. 15 *intendere* (qui *intentus est*)

- dirigere
- distendere
- orientare
- volgere

3) Indica se le seguenti affermazioni sono, in riferimento a questo brano, giuste oppure no:

r. 03 *ibi* si riferisce alla Sardegna

sì       no

- |   |                             |                             |
|---|-----------------------------|-----------------------------|
| r. 06 <b><i>eo</i></b> è un avverbio di luogo   | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 06 <b><i>quod</i></b> è una congiunzione   | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 07 <b><i>eo</i></b> ha la stessa funzione del precedente <b><i>eo</i></b> del r. 6 | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 11 <b><i>vulturium</i></b> è un genitivo   | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 12 <b><i>ut</i></b> introduce una proposizione completiva                          | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 13 <b><i>diem</i></b> è un complemento di tempo                                    | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 13 <b><i>natus</i></b> è un participio congiunto                                   | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |

**5) Indica se le seguenti affermazioni sono da considerarsi vere (V) o false (F)**

	V	F
1. M. Atilio, quamvis ei provincia Sardinia obvenisset, in Corsicam transeundum fuit		
2. Cornelio consuli imperium prorogatum est ut in provincia bellum gereret		
3. Illo tempore pecudes hominesque gravissimo morbo afficiebantur, qua de causa delectus haud facile fiebat		
4. Qui morbo correpti erant, si septimum vel octavum diem superarent, mox convalescebant nec diutius aegrotabant		
5. Corpora eorum, qui mortui erant, insepulta iacebant, quia ne animalia quidem ea vorabant		
6. Senatui deos consulere visum est, itaque decemviri Libros Sibyllinos adiverunt, ut in tanta calamitate quid faciendum esset scirent		
7. Dum feriae ac supplicationes habentur, in agris prodigia fiebant, et plurima animalia loqui visa sunt		
8. Ea tempestate stellae quae dicuntur cadentes in caelo visae sunt		

**4) Completa la seguente parafrasi del testo distribuito, completando come richiesto le associazioni fra parole e numeri**

M. Atilio praetori provincia Sardinia sorte A, sed ei imperatum est ut novam legionem, a consulibus conscriptam, quinque milia peditum, trecentos equites in Corsicam B. Cum eo ille venisset et ibi pugnaret, factum est ut Cornelio consuli, C imperio, Sardinia daretur. Deinde, D est ut duae legiones conscriberentur a consulibus, peditum equitumque E numero constitutae, atque sociis imperaretur ut pedites et equites F. Delectum agere haud facile tamen consulibus erat, quia pestis, qua pecudes superiore anno laboraverant, tunc in morbos G erat, quibus homines H. Qui correptus erat, vix hebdomadem supererat; si supererat, diu tandem aegrotabat. Servorum plerique aegrotantes vitam finiebant, quorum corpora, ubicumque dispersa, I manebant ac K, cum neque canes nec vultures ad ea L ut

vorarent; patebat nec eo nec M anno ullo loco vulturem se ostendisse, quamvis boum hominumque tantum cadaverum esset. Neque pestis saevire desinebat, qua de causa senatus consultu decemviri Libros Sybillinos N; inde decretum est ut unius diei supplicatio fieret. Fertur illo tempore apud Veientes puerum duobus capitibus et Sinuessa alium puerum una manu praeditum natum esse et puellam adhuc infantem dentatam; praeterea in foro Romano, super templum Saturno O, in caelo sine nubibus arcum P esse, cum eodem tempore tres soles fulgerent, et noctu per caelum plurimae stellae Q. Atque bovem in agro Campano loqui potuisse pro certo habebatur.

<i>01 appropinquarent</i>	<i>02 apto</i>	<i>03 continuato</i>	<i>04 corripiebantur</i>
<i>05 dicatum</i>	<i>06 evenerat</i>	<i>07 insepulta</i>	<i>08 inspexerunt</i>
<i>09 mandatum</i>	<i>10 mitterent</i>	<i>11 mutata</i>	<i>12 porrectum</i>
<i>13 putrefiebant</i>	<i>14 superiore</i>	<i>15 traiceret</i>	<i>16 transvolarent</i>

**6) Scegli la risposta che ritieni giusta, in relazione alle seguenti domande:**

- Quia Cornelius obtinuit Sardiniam?
  - Quia illam provinciam sortitus erat
  - Quia illa provincia pars erat eius imperii
  - Quia ad bellum ibi conficiendum imperium ei prorogatum est
  - Quia hoc utile senatui visum est ad eam provinciam retinendam
- Cur conscribere duas legionibus consulibus difficile erat?
  - Quia servitia maxime moriebantur
  - Quia hominum plerique peste affecti erant
  - Quia ii qui sani erant in pestilentia mori nolebant
  - Quia per omnes vias plurima cadavera insepulta iacebant
- Qua de causa decemviri Libros Sybillinos adiverunt?
  - Quia pestilentia saevire non desinebat
  - Quia a senatu iussi sunt, quamvis hoc mos non esset
  - Quia nemo quo modo supplicatio facienda esset sciebat
  - Quia in tanta strage boum hominumque vulturium nusquam visum est
- Quid significat: “In agro Campano bovem locutum esse satis constat”?
  - Boves re vera numquam loqui posse significat
  - In tanta calamitate etiam bruta animalia loqui quandoquidem posse pro certo haec verba affirmant
  - Significat nullam esse adhibendam fidem in prodigiis et miraculis huius generis
  - Prodigium huius generis a plurimis testibus non impugnatum esse significat